



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini  
Nostri Iesv Christi Passione**

**Piatti, Domizio**

**Coloniae Agrippinae, 1610**

Personam quæ passa est, fuisse personam verbi. Cap.1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](#)

Ceterum ut quam ordinatissime & distinctissime omnia à nobis proponantur: & Christianus Lector, qui prater Lectionem, etiam ad meditationem his discursibus uti volet, facilius id consequatur: distinguemus singula capita in aliquot pucta seu considerationes, prout materia postulabit: nec tamen propter ea, à fine nobis præstituto, deuiabimus.

**PERSONAM QVAE IN  
Christi Passione passa est, fuisse per-  
sonam Verbi.**

**CAPUT I.**

**C**ERTVM atque indubitatum est, per Incarnationis mysterium naturam diuinam & humanam hypostaticè ita inter sece vnitatis fuisse, vt ambabus integris & perfectis in esse suo permanentibus, quemadmodum Concilia Ephesinum & Chalcedonense definiunt, & SS. Patres vnamiter asseuerant: persona Verbi vtriusque fuerit suppositum, & per humanæ naturæ assumptionem præpediuierit, ne in illa resultaret suppositum vel persona creata. Per hanc autem vniōem harum duarum naturarum in vnicā duntaxat persona verbi æterni, factum est (vti Sanctus Thomas &

In Christo  
fuit utraque  
natura divi-  
na & huma-  
na, quarum  
suppositum  
fuit Dei  
verbum.

alij

DE PASSIONE CHRISTI

3. p. q. 10. art.  
4. art. 5.

Isa. 53.  
Viegas in  
Apoc. c. 12.  
sect. 30.

Verbum Dei  
passum fuit  
quatenus  
carni quæ  
patiebatur  
vniuersum ex-  
isti.

3. p. q. 4. art.  
art. 12.

78

alij Theologi affirmant ) ut verè d

possit patiente naturæ ei vñita , ipse  
verbi suppositum pati. Vnde ubi nos

Isaia de Christi Seruatoris nostri Passio-

neloquente , legimus : Percussum à Deo  
Hæbræus legit; Percussum D E V M . Ex qu  
versione( quemadmodum Viegas in com  
ment. in Apocalypsi prudenter notat) m  
nifesta redditur vtraque Christi natura

diuina & humana: : & ostenditur eun  
qui in vera humanitate patiebatur  
simul fuisse verum D E V M . Ac proin  
de S. Cyrillus in Epistola quadam synoda

li, quæ scripta reperitur in primo concilio  
Ephesino , anathemate ferit eos, qui non  
confitentur verbum D E I passum & cru  
cifixum fuisse, quatenus carnem sibi vnie  
rat. Si quis, inquit, non confitetur Dei verbum  
passum carne, & crucifixum carnem, anathema  
sit. Et D. Thomas affirmat Christi Passio  
nem pertinere ad suppositum diuinæ na  
turæ, hoc est, ad Verbum ipsum , propter  
naturam passibilem ei sociatam. Per  
nit, inquit, Passio Christi , ad suppositum di  
uinæ naturæ ratione naturæ passibilis assum  
pta: moxque subiungit Iudeos non me  
rum purumque hominem in crucem egis  
se, sed manus Deo iniecisse. Non, ait, purum  
hominem cruciferunt Iudei, sed Deo intule  
runt presumptionem.

Hoc

ri CONSIDERATIO I.

Hoc igitur supposito. PRIMO con-  
sidera, Christiane lector, cum qui pro  
tui amore patitur, non esse vulgarem  
patitur.

I.

Deus est quis  
pro nobis

Quemlibet hominem, sed Verbum æter-  
num, DEI filium, secundam in san-  
ctissima Trinitate personam, verum  
DEVM, natura sua scelitissimum & im-  
passibilem.

SECUNDÒ expende tecum: Hunc, po-  
stequam aduertit, propter altitudinem

II.

in qua degebat, Altissimum posuisti resu-  
gium tuum: non posse ad se malum ali-

Ibid.

quod siue pœnam pertingere: Non acce-  
det ad te malum, & flagellum non appropinquar-

Psal. 17.

abit tabernaculo tuo. se dimisisse: Inclinavit  
calos, & descendit, & hominem effectum  
esse, vt in natura hominis passibili, sustine-  
re posset, quo te ab æternis doloribus &  
tormentis, quæ sèpenumero promeriti-  
tus fuisti, liberaret. O solius summi &  
amantissimi DEI opus. Quis enim si-  
mul inter se res adeò diuersas quales  
funt, Deus & Passio; vita & mors; sociare  
potuisset: nisi amor modum atque men-  
suram (vt ita loquar) tantæ misericordiæ  
suppeditasset?

TERTIÒ, intuere, quanta fuerit homi-  
num ingratitudo, qui cum non igno-  
rarent diuinum hoc Verbum magna  
cuffi

III.

Magna ho-  
minum in-  
gratitudo.

cum animi voluptate humanam natum  
assumpsisse, & habitatum inter homines  
concessisse: nam *delitiae illius esse cum filii*  
*minum*; nihilo secius illum adeo male &  
furiosè tractarunt, vt pro voluptate &  
litij, quas ei offerre debuerant, acerbis  
mis eum tormentis & cruciatibus in hu-  
na natura affecerint, vt propterea meret  
S. Job de homine dicat. *Tetedit cōtra Dn*  
*manum suam, & contra omnipotentem robu-*  
*tus est*; id est: pro eo quod Deo huma-  
carne vestito, obsequia praestare debuerat  
contra illam insolentem manum suam  
fariè atque immaniter sustulit. De qua  
solentia & ingratitudine henè conquerit  
Isaias Propheta his verbis: *Seruire me feci*  
*in peccatis tuis: prabuisti mihi laborem in*  
*quitatibus tuis*, quod perinde est ac si dicit  
voluisset: pro eo quod mihi debuerat  
blandiri, & demonstrare gratum tibi eum  
aduentum meum, ferre me fecisti graui-  
mum seruitutis iugum; mihique sceleris  
bus tuis maximam molestiam, labore  
cruciatum attulisti.

## IV.

QVARTO, aduerte, quanta ex eo, quo  
Deus pro te passus fuerit, in te redundat  
obligatio: si enim humanæ amicitiae iure  
nos ei, qui nostra causa insignem aliquam  
molestiam sustinet, obligatos esse profi-  
temur: quanto strictior erit nodus illius  
obligationis.

Pron. 8.

Job. 15.

Isai. 43.

obligationis nodus, quo vnuſquisque noſtrū conſtrigitur, dum intelligit, non purū hominē, ſed D E V M i p ſum, per ſe non leuia quædā, ſed acerbiflma tormenta perpeti? Verum ut apertius & euidentius cognoſcamus qualis ſit persona Christi, pro noſtri amore patientis: in ſequentibus ca- pitibus ſpeciatim illius naturā, attributa, & excellentias, nō tantum quatenus Deus, verum etiam quatenus homo eſt, conſide- rabimus.

D E D I V I N A C H R I S T I P A-  
tientis natura.

## C A P V T II.

C V M in Christo quēadmodum pre- cedenti capite diximus, duæ inueni- antur naturæ, vna diuina, altera hu- mana, vt pius Dominicæ Paſſionis conté- plator, intimius penetrare queat immen- ſam illius, qui patitur, maiestatem conſi- derabit ſecum ambarum harum naturæ- rum excellentias, & primum diuinæ, qua- rum ſex numerantur.

Diuinæ n. 2.  
turæ excep-  
tentiae ſunt  
ſex.

P R I M A igitur diuinæ Christi naturæ excellentia, quæ magnam nobis parere de- bet admirationem, eſt infinitas: quia eſſe illius eſt infinitum, de qua Regius Pro- pheta ait: *Magnus Dominus & laudabilis nō- nius, & magnitudinæ eius non eſt finis.* Ex hac

I.

Natura di-  
uina eſt in-  
finita.  
*Pſal. 144.*

F

porro